

A.K.
419,
II.

X 187638A

II i
1638

PRÆFISCINE.
DE.
AUREA. ROSA.
QVAM.
ROM. PONTIFEX.

CONSECRAT.
SOLEMNITER.
INCLUTA. FACULT. PHILOSOPH.
ALLUBENTE.

D.
M. ADAM. RECHENBERG.
ET.

CHRISTIANUS. BURM. DOEBEL.
ALUMNI. ELECTORALES.

IV. NON. JUL.
ÆR. CHR. M. DC. LXVI.
H. L. Q. C.

1666

LIPSIÆ.
LITERIS. SAMUELIS. SPÖRELIJ.



TRACTATUS
AUREA ROSA
ROM. SOMMER
GROSSMÄTTER
HISTORIA FACULT. THEOLOGICAE
ALBERTI
M. ADAM WETTERSTEN
BY
CHRISTIANUS
VON
M. R. C. M. H. C. L. V. I.
H. L. C. C.





A. R. M.



Nter alias artes, quæis, forma Rerûp. a. tutissima Monarchia, firmior reddi potest, non tantû est solertes Regni Epoptas constituere; sed vel maximè eosdem muneribus nôsse obstringere. Utriusq; artis Ecclesiasticæ Monarchiæ (quam omnium ordinatissimam formam acerrimus M. Ant. de Dom. Antagonista (β.) Nic. Cæfeteav judicat) Caput-Pontifex non est ignarus: Quippe qui ea, propter pingvi stipendio (γ.) callidum Lojolitarum consortium alit, quò horum oculis, quasi eminùs é speculâ, quæ Principes in Aulis gerunt, perspiciat, ac si forsitan quid, suo dominio minùs proficuum consuleretur, maturè impediât. Inde etiam varia insignia & dona consecranda excogitavit, quibus Potentiorum secularium Principum animos in obedientia continere intendit. In sacrâ Nativ. Dom. nocte Ensem benedicat, & grandi Principi ad Ecclesiam defendendam mittit. Inter cæteros refert Pius II. se illum misisse Philippo Duci Burgundiorum, quem Roxetanus Pontificis Aulicus, Græcis & Latinis literis eruditus attulit (δ.) Idem quoq; Ludovico Franciæ Regi similem Ensem vaginâ inclusum, ornatâ gemmis & auro, transmisit, cui hi versus inscripti :

Exerat in Turcas tua, me, Ludovice furentes
 Dextera: Græcorum sanguinis ultor ero.
 Corruet imperium Maumethis, & alita rursus
 Gallorum virtus, te petet astra duce.

Talem etiam Episcopo Monasteriensi, modernum Alexandrum VII. donâsse, (e.) Novellæ nuper (si qua illarum fides) referebant. Quadragesimali tempore, AUREAM ROSAM quæ inter dona Pontificia principem locum tenet, (ζ.) consecrat, consecratamq; Regi aut Principi (cujus gratiam aut poten-

A 2
 ζ. Bulmger 91. X. Hist. p. 314.

α. Boxhorni Institut. Polit. edit. Nro. Excell. Dn. Profes. Frankensteini L: 2. c. 2. p. m. 342.
 β. Pro Sacri. Men. Eccles. Cathol. contra M. A. de Domin. Discus. XXII. l. 1. f. 305.
 γ. Vid. libell. von der Jesuiter Haushaltung. Petri Farigii, Jesuit. in serali pegmate. ex Gallico Latine redd. præfat. lud. grali p. m. 190. & 228.
 Pius II. in suis comment. l. 5.
 δ. l. 7. eorûdem commēt. & Jo. Bapt. Casalium de veter. Sacri. Christ. Rit. L. VI. fol. 336.
 e. Mens. Nov. præter lapsi anni - 65.

tiam sibi maximè profuturam sperat) dono mittit. Hunc Ritus jam, ubi rosæ ferè defloruerunt, exponere constituimus. Tractabimus verò illum ita, ut tribus foliis comode absolvatur: Primum quæ circa nomen faciunt; alterum quæ ad Definitionis genus & potissimas causas spectant; tertium deniq; adjuncta & finem exponet. Ne autem dispersa per aliquot pagellas tractatio cuiuspiam tædio sit: en illum ἐν σκιά!

AUREA ROSA EST INSIGNE MYSTICUM, QVOD AD EXPRI-
MENDUM GAUDIUM, ORTUM EX SALVATORIS CONCEPTIONIS
ANNUNCIATIONE, ROM. PONTIFEX, EX AURO, MUSCO ET BAL-
SAMO CONFECTUM, DOMINICA LÆTARE, ORDINARIE ROMÆ
IN BASILICA S. CRUCIS SOLEMNITER CONSECRAT, ET DEINDE
REGI AUT PRINCIPI POTENTIVEL TALISIMILI AD ELICIENDAM
GRATIAM, AUT PRÆSENTI IPSEMET DAT, AUT ABSENTI DONO
TRANSMITTIT.

Fol. I.

ejusq;

ἀποσκιασμός.

Nominis inquisitio proponitur. Rosa quibusdam origine Lati-
na, quibusdam verò Græca videtur. Latina derivatio rejicitur:
Græca probabilior judicatur & Etymologistarum audacia notatur.
Conjugatum Rosæ adfertur. Cur Autores eo utantur additur, scil.
vel colorem & fabulam purpureæ Rosæ; vel Rosæ præstantiam respici-
unt. Fabula Poëtarum & Turcarum recensetur. Purpurea Rosa
Martyrii olim insigne. Rosæ præstantia & Fabula ex Nat. Comite,
Scaligero, Busbequio, Delrio, Plauto, Anacreonte adducitur. Rosas &
earum oleum corruptionem aliquandiu impedire probatur. CHRISTI
Salvatoris nostri sanguis cur Rosin-**Sarbe** appelletur ex Pontano
traditur. Nostra conjectura additur. Rosæ veteribus in deliciis.
Probatur auctoritate. Altera vox Thematis explicatur. Syno-
nymia & Homonymia A. R. subnectitur.

n. Philipp.
Caroli Ani-
madv. in N. A.
Agellii c. 1.
Animadv.
1. p.

I. Romanos Censores imitabimur, quibus in conden-
dis lustris prima fuit de (n.) Nominibus inquisitio.

2. Rosæ

2. Rosæ originem quidam in Latio; in Græcia alii quæ-
runt. Illi aut â rodendo, aut cum (ϑ.) Papiâ â rore, quod mul-
tum roris & humoris habeat, deducunt. Sed prioris deriva-
tionis ratio est nulla, vocisq; quantitas repugnat. Utrumq;
observante (ι.) Mylio, carmine Jo. Major notavit :

Non rosa nomen habet, soleat, quod rodere quenquam

Sed jacet â spinæ cuspide rosa Rosa.

Illi qui Græciâ vocis hujus ortum cum (κ.) Varrone vindicant,
â ῥόδον (quod Martinius ex ῥέω & ὄζω conflatur; Vossius verò tan-
tum ex ὄζω, quasi ὄδον & κατὰ πρόϑησιν ῥόδον: Mox autem pro-
bat Plutarchi sententiam, qui lib. 3. Συμπος c. ult. dictum pu-
tet; ὄλερεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς (ita mavult pro ὀδμῆς cum H. Ste-
phano legere) ἀφίησι διαχάλαχιστα μαραινέλαι) derivant. Quæ
derivatio omninò aptior latinâ esse videtur.

3. Verùm vocum etymologiam venari tuta quidem
via est; sed fallit multos sua confidentia. Multarum dictionum
latent origines & conjecturæ sunt, non etymologiæ, quæ de his
talibus jactantur. Nec omnis impositio verborum amplius
exstat, sed vetustas multa abolevit, & literis comutatis inter-
polavit, quod rectè animadvertit Doctissimus (μ.) Caroli.
Conjecturam de voce Rosæ ex Græco, uti non damnamus; ita
nec pro edicto Aedilitio agnoscimus. Hoc autem vocis hujus
occasione addimus: Si omnes voces in hac & illa lingua oc-
cidentalibus, ab alia descendunt; e quæ tandem erunt primitivæ,
â quibus cæteræ ut radicibus descendant. Sed potestatem
hanc ineptè Grammaticandi Magistris de viâ Orbilii, judicandi
autem de illis, Doctioribus relinquimus.

4. A Rosa fit roseus, apud Poëtas usitatissima vox: ut
os roseum, cervix rosea, labella rosea, genæ roseæ, digiti rosei.
Phæbum roseum pervenuste appellat Maro & Lucretius de sole
loquens, roseam lampadem, roseam facem &c.

5. Scilicet hujus floris partim præstantiam; partim fa-
bulam & rubrum colorem intendunt. (ν.) Fabula nota est,
quod alba rosa sanguine Veneris conspersa, rubra, seu ut (ξ.)
Scaliger appellat, sanguinea facta sit. Hinc Georgius Ostra-
tius:

ϑ. Martinius
in Lexico
Philolog.

ι. Mart. Myl.
Hort. Philos.
p. m. 324.

κ. L. IV., de
LL.

λ. Voss. Ety-
molog. fol.
437.

μ. Animad-
vers. cit. in
Agell. l. 1. c.
XXV. p. 107.

ν. Nat. Com.
l. IV. Mythol.
p. m. 382.

ξ. Exercit.
CCCXXV. n.
10, p. m. 1035.

A 3

Ante

Ante quidem niveo rosa succrescebat amictu,

Sed modo Cidalio sanguine sparsa rubet &c.

v. Busbeqv.

Ep. 1. p. m.

32.

π. Ambros.

L. 1. de Virgin.

p. Delrio A-

dag. p. 578.

s. Sand. Flo-

re Myst. p. 31.

τ Plaut. A-

sin. Act. 3.

scen. 3. v. 75.

Turcæ, ex sudore Muhammedis rosæ venustum rubrum colorem esse ortum putant. idcirco rosarum folia humi, jacere non patiuntur; quemadmodum etiam (v.) Busbequio teste, alios flores valde excolunt. Factum est ex Poëtarum locutione, ut apud veteris Ecclesiæ scriptores Rosa rubicunda Martirium nota verit, & alba propter puritatem, virginitatem, π.) quod ex Ambrosio, diligentissimus (ρ.) Delrio & (s.) Sandæus annotarunt.

6. Nobilitas hujus floris ad quam Poëtae quoque respiciunt, hinc inde prædicatur: ut propterea quæ bella & nitida sunt, rosea vocentur. Uti in abstracto, servum meretrix illa [τ.] Plautina suam rosam vocat: da meus ocellus, da mea rosa, da mihi anime, da mea voluptas. Anacreon multus est in ejus laudibus: modo χαλλίφυλλον, modo φέρισον άνθος, jam έαρρος μέλημα vocat. Jam

Τόδε γάρ θεῶν ἄημα
Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάριμα
Χάρισιν ἴ ἀγαλμα
&c.

Et iterum: Τόδε καὶ νοσῶσιν ἀρχεῖ
Τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει
&c.

Ex quibus aperte liquet Rosæ præstantia & virtus, quam ipsi attribuit Anacreon sepultos defendendi. Quâ de causa etiam Venerem ρόδινω έλασω Hectoris cadaver obunxisse ex Homero nominatus Lojolita (v.) Sandæus refert. Quæ opinio, Rosas à sepultis corruptionem amovere, à Græcis ad Romanos transfuit, ut & ipsi sepulchra Rosis ornarint. Hinc (φ. Jan. Gruterus inscriptionem, quæ Torcelli in vetusto lapide legitur, habet: LONGIUS PATROCLUS SECUTUS PIETATEM COLCENT. HORTOS CUM ÆDIFICIO HUIC SEPULT. JUNCTO VIVUS DONAVIT. UT EX REDITU EORUM ROSÆ ET ESTÆ PATRONO SUO. ET QUANDOQVE SIBI PONERENTUR,

v. Sand. L.

c. p. 60. conf.

p. 71 & 79.

φ Grut. Læ-

pad. Art.

Tom. 11. part.

2. c. 17. p.

1347.

7. [χ.] Pon-

7. (X.) Pontanus, inter alia lecta jucunda, Rosa amantem
 tatem his verbis prädicat: Habet postremò vox Roseus hoc, ut
 audita non parùm delectet; quoniam animo statim rem suavem
 & delectationis plenam objicit: quod cum fit ipso nobis voca-
 bulo gratiora, dulcioraq; fieri consueverunt. Nec est aliud
 [pergit ibidem] quamobrem Germanicum de SS. Sangvine
 Liberatoris [melius dixisset Salvatoris] in cruce profusò loquū-
 tur: das Rosinfarbe Blut Unsers HERREN JESU CHRY-
 STI / rarò autem, nec perindè suaviter, das kostbarliche / das
 theure Blut.

X. Progymn.
 Progymn. 20.
 p. m. 572.

8. Ast non tantum propter suavitatem & delectatio-
 nem, sanguinem J. C. Salvatoris nostri, Rosinfarbe appellari;
 sed ob colorem etiam rubicundum arbitror. Species n. quæ-
 dam Rosarum purpurea ruboreq; sanguini haut
 dissimilis est. Ac proindè Germanos, ut genuinò san-
 guinis colore, genuinum sanguinem Christum fudisse, ad no-
 stram redemptionem firmandam, exprimerent, hanc vocem ad-
 hibuisse credo. Sanguinis v. simul præstantia indigitari posse,
 non negarim. Præter enim modò dicta, ex (ψ) Proverbio Græ-
 cò: 'ρόδα μ' εἰρηκας Rosæ suavis intelligitur. Quamobrem
 ad mensarum delicias inungendas Rosas fuisse adhibitas
 cum ω. Casaubono in Athenæum [αα.] Plinius testatur. IV. fol. m. 313.
 Et de Carinò imperatore, homine contaminatissimo, inter alia
 & triclinia & cubicula stravisse, ap. (ββ.) Flav. Vopiscum legi-
 mus. Quorsum procul dubio, socii de porci grege, in Libro
 [γγ.] Sapientiaæ introducti respiciunt, compellantes se invicè:
 σεφώμεθα ρόδων κάλυξι, πρὶν ἢ μαρτυρήσασθαι. Quod Lutherus
 vertit: Laßt uns Kränze tragen von jungen Rosen / ehe
 sie welck werden.

ψ. Andr.
 Schot. Adag.
 Græc. ex Sui-
 da. Coll. cēt.
 XII. n. 56. p.
 p. 526.
 ω. l. 4. II.
 αα. Plin. N.
 H. l. XXI. c.
 ββ. Flav.
 Vopisc. Syrac.
 fol. 410. lit.
 γ. Hist. Rom.
 script. omn.
 Aureliana e-
 dit.

9. Altera vox nostri Thematis est aureus, quod media-
 tē, cū auro [δδ] Scaliger l. 4. Poët. c. 16. Priscianus & Isidorus ab
 aura h. e. splendore, quo præ reliquis metallis gaudet derivant.
 Notat a. vel flavum, & multò lumine præditum colorem, ut ex
 Theophrasto suxtilis ee. Scaliger docet: vel illud, quod aurum
 materia locò habet. Et hac notione hic quoq; intelligi
 debet.

γγ. Sap. c.
 II. v. 8.
 δδ. Vid. Mar-
 tinus in Le-
 bico Phil.
 ee. Exercit.
 CCCXV.
 p. m. 1041.

ΖΖ. Singul. 29. Aurea Rosa Latine à ΖΖ. Jo. Hieron. *Ima Rosa*
Polit part. 2. Rosa benedicta dicitur. Quò nomine deindè sacratissimam
Rat. Stat. *Ἱεροσόλων* Mariam Papicolæ salutant. Vide sis prolixè ita à *Μη-*
XXXI. p. 91. *γορῶνα* (ηη) Drexelium. Nos significatu, qui ex inscriptione
ηη. Drexel. elucet sumimus, ac ad pleniorè Rei tractationem progredi-
opusc. XIII. c. mur.

i. S. i. Opp.
omn. p. 1147.

FOL. II.

εἰς

Ἀποκρισμός.

A. Rosa ex Tolosani à *Limneo* citatâ definitione insigne ap-
pellatur. Probat. Insigne in stricto sensu politico non dici potest.
Quia Papa non potest conferre insignia. Imperatoribus & qui jus ab i-
pso acceperunt, est hoc axioma proprium. Nec Angliæ Reges ex Pape
donatione Rosæ in insignibus utantur. Ratio subnectitur. Causa ef-
ficiens A. Rosæ R. Pont. De primo Autore Autores variant. Qui *Ur-*
bano V. adscribunt, refutantur vel solius *Innocentii III* sermonibus. Ex
Casalio, *Durando*, *Gisberto Voëtio* & *Ceremoniali Romano* triplex ma-
teria recensetur. Muscus describitur. Aqua lustralis etiam adhibe-
tur, sed materia nomine non venit. Materia triplicis causâ *Casalius* cū
Durando edisserit. Ostensa cōparationis ratio apud *Voëtium* Theologis relin-
quitur. Substantia vox in illâ incōpletè supponit. Forma A. Rosa plātula-
Rose est simili. Formula consecrationis A. Rosæ recensetur. Hæc consecra-
tione invocati vâ sanctitatē Rosæ conferri *Papista* credunt. Quæ in sub-
& post benedictionē solemnitates adhibeantur. Munere hoc tandē gran-
dem principem beat. De hoc ritu *Mornayi ἐπιπέριος* adducitur.

i. Insigne A. Rosam superius data delineatione appel-
lavimus non eò quò *ΖΖ. Jo. Limneus* significatu describit, si-
gnum vocans, quod summi Principis autoritate alicui conces-
sum, aut propriâ voluntate assumptum, personam à persona fa-
Jur. publ. milias à familiis, civitates à civitatibus, collegia à collegiis va-
Imp. Rom. riè distingvat : sed, quâ notione *Limneus* usurpat; quan-
Germ. l. 6. c. do *Hieroglyphicum* dicit, quod breviter & compendiosè fa-
6. de Insign. ctum egregium demonstranti signo proportionatum signi-
num. 13. ficet.
11. l. 6. de
Rep. c. 6.

ΑΥΡΑ

web

2. Aurea quidem Rosa, non factum aliquod ab Episcopo Romano patratum denotat; sed tamen Misericordis Dei factum, sine pari in universo rerum circulo; videlicet missionem sui Filii ut caro fieret. Hoc enim A. Rosam significare debuisse inferius declarabitur. Et hinc merito Hieroglyphicum dici potest: Nam sacras res etiam olim Aegyptios hujusmodi signis expressisse notis est, quam ut nostram indigeat explanatione. Alias Rom. Pontifici, qua tali conferendi insignia, politicè dicta potestas non competit: si verò facto sibi arrogat, juris limites, quod non raro solet, excedit. Solus enim Imperator & Reges, aliive superiorem non recognoscen-tes, vel qui ab Imperatore Romano Regibus &c. singulari gratia impetrarunt, insignia & nobilitatis axioma conferre possunt, quod jamdudum probatum ab aliis fuit.

3. Quantumvis verò aliquis putet, Angliæ Reges ex Papæ donatione Rosam Albam & Rubram in insignibus gaudere: historia tamen refragatur. Quippe quæ Domui Eboracensi Rosam albam insigne, & Domui Lanceltensi rubram attribuit; nec alibi supremi Papæ Superintendentis A. Rosæ mentionem facit. Illos autem colore diversas Rosas, (xx.) Thuano teste, Henricus VII. post varias factiones, ductam in matrimonium Elisabetham, unicam Eduardi IV. Filiam, in unum Regum Angliæ insigne (ad exprimendam utrarumque Domuum Eboracensis & Lanceltensis conjunctionem) redegit. λλ. B. Dn. D. Backius refert Leonem X. Regi Angliæ (μμ.) Henrico VIII. cui honorificum titulum defensoris Ecclesiæ indiderat) A. Rosam, à FRIDERICO SAXONICO rejectam, misisse, qui hanc de causa peculiarem contra Lutherum stylo vehementiori librum scripsisset: verum nec hoc, ex conjunctam Albam & Rubram Rosa, Papæ Auream Rosam Regis insigne efficiet. Illa n. jam Angliæ Regi erat in insignibus; Hanc autem in insigne fuisse assumptam, historia fides.

xx. Thuano
Hist. fol. 6.
confer. Co-
min. A. C.
1460.
λλ. Part. 2.
Exposit. Evā.
Dom. Latere
p. 99.
μμ. Sleida.
l. 3. Commēt.
p. m. 98.

4. Hoc delineationis A. R. explicatum Genus, altera ejus pars, quam differentiam nomines, excipit, causasque potissimum complectitur.

B

5. Ro

Causa effici. s. Romanum Pontificem, multorum aliarum rituum, qui
 superstitionem non raro redolent, architectum hanc, A. Rosam
 invenisse, unanimis Ritualium & Historicorum est assertio. De
 primo vero Autore dubium movetur. Aliqui Urbano V. qui
 Romæ A. N. C. M. CCC. LXII. sedere cœpit. Ita de ipso No-
 bilissimus *m. Mornayus*: Et Urbanus V. Dominica, quæ dici-
 tur Latere Rosam consecrat, quæ primo Johanna Siciliae, Re-
 ginae famigeratae donatur, quæ virum necarat: inde vero suc-
 cessores singuli recurrente Quadragesima Principem aliquem
 ejus donò devincire solent. [*ξξ.*] B. D. Micrælius Urbanus IV.
 qui ex Clar. Jo. Cunn. Dieterich. relatione, cathedram sic di-
 ctam Apostolicam, A. C. 1262. obtinuit, adscripsisse vide-
 tur. Licet enim Urbanum numerò non notaverit; ex additis
 tamen introductis festis id patere potest. Cum circa illud
 tempus, quò Festivitates Antonii Francisci & Elisabethæ, ut &
 Corporis Domini ad visionem Monialis Evæ Sec. XIII. fuerunt
 institutæ, hunc quoque ritum A. Rosam consecrandi innotuisse
 scribat. Jam vero Festum Corporis Domini suavis Thomæ
 Aquinatis Urbanus IV. [*oo.*] Dieterichio ex historiis proban-
 te fuit institutum, quod Clemens V. A. C. 1311. Concilio Vienensi
 in Gallia confirmavit. Solertissimus [*ππ.*] Dn. Jo. Hieron: *Im-
 pp. de Veter. Hos/ Papæ Innocentiū* [sed absq. numeri mentione] inventorē fa-
 cit. Sed nec sic nos, quod anxio quæsivimus, certos de primo Au-
 tore facit. Hoc ex historia junctâ Chronologiâ equidē manifestū
 est, non esse Urbanū V. qui centū & septuaginta [fermè] años, post
 Innocentium III. Papale solium tenuit: Hic vero jam sermones
 de Aurea Rosa, uti ex [*pp.*] Jo. Bapt. Casalio Durando, (*ss.*)
 Gisberto Voëtio constat, habuit. Imò [*ττ.*] Epito-
 mator Annalium Baronii Spondanus Alexandrorum III. qui
 ante Innocentium hunc, Romanæ Cathedralis Præsul erat, hanc
 Rosam consecrâsse memorat. Ut adeò hanc historiam de
 primo Autore A. Rosæ, multis obscuritatibus, computationibus
 & disputationibus involutam tutius sit relinquere, quàm incer-
 tum substituendo Autorem cespitare. Hoc modò, fuisse Pa-
 pam, sciamus, inter eam temporis sufficiat.

6. Triplicem autem materiam, ex qua hoc insigne cu-
ditur, *uv.* scriptores referunt. Aurum, Muscum & Balsa- *w. Mornay*
mum. Aurum quando hujus insignis forma impressa est Pon- *Casalius LL.*
tifex accipit, & solemnibus pompis, quam mox recensebimus, *cit.*
Musco conspergit, fuscisq; certis orationibus balsamo inungit. *it. Ceremon.*
[*pp.*] Maximilianus Sandæus cum Cornelio quem citat *serm. Rom. p. 32.*
XIX. de Rosario turpiter hallucinatur, putans Pontificem Ro- *seqq. Venetiis*
sam Hierichuntinam 150. folia habentem de qua prolixè fabu- *impressum 40.*
latur Cornelius à Lapide comment. in Ecclesiasticum) omnia an- *1515.*
no Dominica Latere benedicere, cum tamen de hoc nec Cere- *Durād. Rat.*
moniale Romanum, nec probatus Historicus quicquam præter *Divin. offic.*
ipsum, habeat. Agit hic more Jesuitis receptissimo qui fabu- *l. 6. f. 121. e-*
las pro historiis arripiunt, modò ad Delparam trahere *dit. Lugd.*
queant. *pp. Sandæ*

7. Cujus indolis Balsamum & Muscus fuit, quæ in hac *L. c. p. 82.*
actione adhibentur, nobis ut ut sollicitis, nondum accuratè per- *Coment. in*
contari licuit. Balsamum pretiosissimum non semel Papicu- *Eccles. c. 24.*
la prædicant: Muscum autem pari elogiò non sunt dignati. *v. 18. potest. e-*
Andreas Chioco, Muscum s. Moschum describit, quod sit pius *tiam Drexel.*
in apostemate caprea Moschi, feræ, de collectis humoribus cõ- *Aurifod par.*
cretum. Quod cum maturatum fuerit, caprea dicta collidit *2. c. 6. p. m.*
& fricat ad arborem, Ac dum solvitur discurret sanies, eaq; cõ- *167. conferr.*
densatur & induratur. Et hujusmodi substantia Muscus vo-
catur. Omnis etiam caro ejus & sterco dictur Muscus. Mus-
cus odore perduto virtutem suam in foetoribus & latrinis recu-
perat, & contra fetorem eluctatur. Vide Ambra Histor. *Dn. D. Llobis*
D. Klobii. Aqua lustralis & thus, quæ adhibentur, ad mate- *XX. Ambr.*
riam quoq; referri posse videntur, Illâ enim Antore Mornayo *Hist. recens*
A. Rosam R. Pontifex perfundit, & hoc fumigat. Quemad- *edit. p. 69.*
modum Balsamum in consecratione se ad A. Rosam habet; ita *& 70.*
Aquam lustralem cum thure se habere putamus. Nisi balsa-
mum arctius aquâ lustrali atq; thure, se ad sociare A. Rosæ ha-
riolari velis, ac ita potiori quodammodo jure materiae no-
mine venire debere.

8. Triplicis hujus materiae causam sæpius citatus *XX.*
Casalius edisserit. Triplex in hoc Flore materia inquit, Au- *Casal. L. c.*
rum

B 2

qui
am
De
qui
lo-
ci-
Re-
ic-
em
V.
di-
le-
tis
ud
&
nt
ffe
æ
n-
as
ni
fa-
u-
stū
ost
nes
(s.)
to-
quā
nc
de
b9
er-
2-
ri-



¶¶. Ra- Deitas, corpus & anima. Eandem rationem (¶¶.) Durandus
 tional. l. 6. in Rationali ex quo Casalius sua habet; adducit, ut Balsa-
 fol 121. fac. mo mediante, Muscus Auro conjungitur, sic Animam mediante
 alt. Corpus Deitate est conjunctum. Quam comparationis ratio-
 nem tantum hic recensemus, & Theologis, ne agelli nostri limi-
 tes excessisse videamur, relinquimus. Hoc saltem animadver-
 tentes Casalium substantiam non pro subsistentia, ut quidam
 arbitrantur, sed de anima & corpore ut in completis substantiis
 supponere.

9. Quemadmodum in A. Rosæ partibus mysterium
 Casalius quæsit: ita pariter tria, inquit, designari in proprie-
 tatibus hujus Floris, qui visibiliter representatur, claritatem
 in colore, jucunditatem in odore, satietatem in sapore: Rosa
 quippe præ cæteris floribus colore delectat, odore recreat, sa-
 pore confortat. Delectat in visu, recreat in olfactu confortat
 in gustu. Potest Durandus conferri, qui Allegoricè hæc om-
 nia explicat.

Div. Ration.
 Div. offic.
 L. C.
 Forma A. R.

10. Formam A. R. plantulæ non esse dissimilem ex vo-
 ce conjicio. Quare de illa nunc multa verba hic facere super-
 vacaneum est. Formulam Pontificalis consecrationis hæc ejs
 locò, prolixius apponere juvat. (ωω.) Pontifex amictu albo,
 cingulo, stolâ pluviali & mitrâ nidatus ad Altare, super quò
 duo sunt candelabra accedit, & depositâ mitrâ dicit: *Adjuto-
 rium nostrum in Domini nomine.* Respondetur: *Et cum Spiritu tuo.*
 Hinc iterum Pontifex, oremus: *Prudentia Deus, cujus verbo &
 prudentiâ facta sunt omnia, & cujus nutu universa diriguntur, qui es
 letitia & gaudium omnium fidelium, Majestatem tuam supplices exo-
 ramus, ut hanc Rosam odore visuq; gratissimam quam hodierno die insi-
 gnū spiritualis letitiæ in manibus gestamus, benedicere (facta crucis for-
 mæ) & sanctificare (itrû cruce in aère diducta) tua pietate digneris,
 ut plebs tibi dicata, ex jugis Babylonica captivitatis educta per Unige-
 niti Filii Tui gratiam, qui est gloria & exaltatio plebis Israël, illius Hie-
 rosolyma, qua superna est & mater nostra sinceris cordibus gaudium re-
 presentet. Et quia ad honorem nominis tui Ecclesia tua hoc signò hodiè
 exultat & gaudet: Tu etiam Domine verum & perfectum gaudium*

lar-

largiari & de votione accipias, peccata dimittas, fide repleas, indulgentia faveas, misericordia protegas, adversa destituas, prospera cunctis concedas. Gloria per fructum boni operis, in odorem unguentorum illius floris transeat, qui de Radice Jesse productus, Flos campi & liliium convallium mystice predicatur, qui Tecum vivit & regnat in unitate Spiritus S. DEUS per omnia secula seculorum Amen.

aaa. Vid. Claud. Ar. naud. Thes. sacr. Rit. Epit. Part. IV. Tit. XIX. de Rubr. Bened. p. 270.

II. Hac benedictione (aaa.) invocativa (qua Ecclesia sacro more rebus ipsis specialis sanctitas impertitur) peracta, Rosam hanc Balsamo innungit, Muscum tritum superimponens aspergit eam aqua benedicta, & adolet incenso. Interim vero camera Apostolica clericus Rosam sustinet, quam postea Diacono Cardinali a dextris porrigit, qui ipsius Pontificis manibus exhibet. Hancque deinde sinistra gestans & dextra benedicens ad Capellam progreditur, & Diaconi. Cardinales hinc inde fimbrias pluviales elevant, & quum ulterius progressi, Rosam Diacono benedictam dat, qui cum Clerico camerae Altari imponit. Finita hac ceremoniam in Missa, Pontifex Rosam recipiens, per urbem ad suam cameram, Principi Magno & Potenti dono dandam, defert.

BBB. Philip. Morris L. c.

12. De hoc ceremoniarum choragio non inelegantem *ἐπιχειρῶν* (BBB.) Laudatus Mornayus subjicit. Etenim inquit, AntiChristo, CHRISTI similes, sua etiam sacramenta consent, quod Hieronymus praeviderat, necesse est. Ubi Mornayus sacramentum late, ut Augustinus l. 2. contra Parmenianum, ordinem propter consecrationem, sacramentum vocans, sumit. Vide sis Forbesii Instructiones Historico-Theologicas (YYY.)

YYY. LIX. s. 7. s. 2. fol. 436.

FOL. III.
ejusque
ἀποσχιασμός.

Consecrationis locus ordinariè Roma Basilica S. Crucis. Aliquando Alexander III. Venetiis talem consecravit. Paoletus huc laudes A. R. querit. Tempus Dominica Latere Unde hac id nominis adeptus. Beletus denominationis causam exponit. Vocatur Belgicè de dach van de Roof. Jacobus de Voragine Dominicam de panibus. Letitiam hujus Dominicae etiam Vinitor exaggerat. Consecrationis finis fingitur varius.

B 3 Pao-



Paoletus narratur. Voëtius cum Durando jejuniorum asperitatem quo tempore usitatum, causam facit. Refellitur. Ex Innocentio III. Durandus alii verbis. it. Consecrationis & donationis formulâ, Consecrationis Christi Papam edere voluisse signum probatur. Nec Casalius dissentit. Christus in aliquibus Salmorum Inscriptionibus non vocatur Rosa: nec ap. Mich. Prophetam. Probatur dictus Finis etiam ex circumstantiâ temporis, non obstante, Annunciationis Festum antiquitus ante Natalem Domini fuisse celebratum. Christus hoc signo visibili plebi inprimi debuit. Alter finis, qui donatio huius muneris est recensetur. Formula donationis subjicitur. Si Princeps, cui hæc A. Rosa donatur, præsens est, magnâ pompa domum deducitur. Absenti quoque impetranda gratia causa mittitur. Inspergitur Historia de Alexandro VII. Ex Sleidano & Luthero de Leone X. qui FRIDERICO SAXONICO eam donavit, narratur. Epistola Pontificis ad Pseffingerum missa apponitur. Finem Papa non obtinuit. Historia clauditur.

DD. Spondan. Ad A. C. M. CLXXX. fol. m. 1059. eee. Sanctuar. Serm. 29. n. 8. p. 402.

1. Recensita hæc consecrandi pompa ordinariè Romæ in Basilica S. Crucis peragitur. Quod aliquando (DD.) Alexander III. Venetiis talem benedixerit, id præter ordinem factum est. [eee.] Augustinus Paoletus hinc A. Rosâ extollendi argumentum quærit: Rosa hæc, inquit non in Hesperidum viridariis progerminavit; sed in Vaticano (egregio sanctitatis locò:) efflorescit: vide sis penes ipsum plures talismodi congestos laudis flosculos.

Es. CLXV. vs.

2. Fit autem hoc omne Dominicâ Lætare, hoc nomine in Papatu communiter notâ, & ab Hilariis designata. Quæ ita ex cantione Ecclesiasticâ ex Esaia deprompta, appellatur. Sicut & cæteræ Dominicæ in Quadragesima nomina à cantionibus Ecclesiasticis, quas vocant introitus adeptæ sunt. De hæc Dominica [ZZZ.] Beletus ait, quod ob id privilegio insignita sit, quod libertatem nobis exprimat redeundi, quæ fuit concessa filiis Israël in Babylonia a. sexagesimo quinquâ plene obtinuerit septuagesimò. Ex quo sanè totum ejus diei officium de lætitia est, ut partim illorû exprimamus lætitiâ, partim etiâ nostrâ, quâ finitis septē ætatibus à mûdi exilio liberati habebim⁹, eū caelestè Paradisû, quæ vera Patria nostra est, intraverim⁹. Hacten⁹ Beletus de Dominica Lætare. Ob nostrû dicturû etiâ Dominica de Rosa det

ZZZ. Beletus Ration. Divin. offic. ex edit. Laurimani c. 93. p. m. 161. confor. Durand. L. 6.

Rosa det

der RosenSontag / vocatur Belgicè de dach vande Roos.
it. Dominica de panibus, ut habet [mm.] Jacobus de Voragine,
propter Evangelium quod pro sacris rostris, hæc explicari so-
let, & historiam de quinq; panibus, quibus 5000. hominum satu-
rati fuerunt continet. In aliis Papistarum Ecclesiis etiam latio-
res ceremoniæ adhibentur, Plenius eas [fff.] Gerlacus Vini-
tor describit. [uu.] Claudius Arnaud Aquësis totum officium hu-
jus Dominicæ Paradisi quandam imaginem dicit.

mm. Jac. de
de Vorag.
Serm. 1.

fff. Comp.
Sacr. Rit. &
Cerem. Part.
VI. p. 451.

uu. Thesauri
Sacr. Rit.
Epit. Part.
IV. Tract. I.

tit. V. p. 181.
xxx. Sanct.
Serm. XI. in
Festo S. Mar-
ci. ex trans-
latione in La-
tinum. P.
Gratiani à
S. Elia Car-
melita p.
402.

3. Quare verò A. Rosam, & quidem hac potissimum
Dominica Pontifex consecret, anxie disquirat [xxx.] Paoletus,
& tandem rationem sibi Nicolaum de Lyra reddidisse autumat.
verba ejus hæc sunt: cupidus semper fui hujusce ceremoniæ
cognoscendi significatum. Neq; autem merito videri non ne-
mini posset, convenientius Pontificem facturum esse, si in Præ-
fata Dominicâ ad imitationem Christi, panem non verò Rosam
benediceret & multiplicaret. Lyramus Rosam hanc hoc fine à
Papa benedici respondit: ut solius Domini ostenderet plenitu-
dinem potestatis, qui de lapidibus panes & de panibus Rosas
nobis donare potest. Unde constat panem in Rosas permutare
rem esse adeò impossibilem, ut solus DEUS eam possibilem red-
dere possit, ut solius DEI ostenderet plenitudinem potestatis,
ac proindè id ipsum præstitit Nicolaus, quando hiberno tempo-
re panis fragmentum Eleemosynæ loco pauperibus deferens,
in Rosas transformavit. En argutam horum Augurum ratio-
nem!

4. Durandus, rationem secundum literam hujus ritus
esse dicit; ne fidelis populus propter Quadragesimalis obser-
vantiaæ asperitatem, sub continuo labore deficiat: Quia

λλλ. Rat.
l. 6. fol. 121.

Quod caret alternâ requie durabile non est.

Ideo in hâc medianâ Dominicâ Quadragesimæ quoddam re-
creationis solatium interponit Papa, ut anxietas temperata le-
vius sufferatur, juxta illud:

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Hinc officium plenum lætitiæ & exultatione refertum Jo. Bapt. Casalius salutat.

Casalius L. c.

f. Ve.



suprà cit.

Durād. L.C.
de Quarta
Dominica
Quadragesi-
ma.

197.
Coc-
cej. commēt.
in Psalm. f.

¶ Verum n. verò, nec solius Domini potestas, nec je-
juniorum asperitas tantum Papam ad A. Rosam hac Dominica
consecrandam incitavit. Prius nulla ratione svaderi, alterum
historia refutare potest. Ut enim taceam, quòd ante A. Rosa
quàm consecraretur, lætiores ceremoniæ fuerint in antiqua Ec-
clesia, quæ jejunii Quadragesimalis molestiam quodammodo
temperare potuerint; ipse hujus Rosæ Architectus Innocenti-
us III. aliam causam prodit. In sermone enim de A. Rosâ ait,
quod gaudium spirituale ex Conceptionis Salvatoris Annun-
ciatione (cujus Festi solemnitas propè hanc Dominicam cele-
bratur,) ortum, causa fuerit: Rosa enim hæc hujus prænunciæ
est, ut indè omnes agnoscant *novam prolem* propagationis spiri-
tualis esse editam in Ecclesiâ. Quid? quod modò recensita
consecrationis, & mox adducenda donationis formula id non
obscurè subinnuant. Nec Durandus cit: loc: dissentit, inqui-
ens: Spiritualiter autem Flos iste Florem illum significat, qui
de se dicit in Canticis: Ego flos campi & lilium convallium
&c. ex quò transcripsit sequentiæ Casalius paulò immutata.
Quia delectat & ideò speciosus forma præ filiis hominum. Re-
creat olfactu, recreat odore; quia meliora sunt ubera tua vino,
fragrantia unguentis optimis. Et adolescētulæ currunt in odo-
rem ungentorum tuorum. Confortat in gustu quia panis quem
ipse dat, caro est pro mundi vita, omne delectamentum habens
& omnis saporis suavitatem. Mox iterum Durandus: Rosa nem-
pè in manu Romani Pontificis gaudium Israëlitici populi desi-
gnat, quando per gratiam Christi data est illi de Babylonica ca-
ptivitate licentia redeundi. Ex hoc locò Cantici primam oc-
casionem A. Rosam consecrandi inventorem arripuisse, conjū-
cio. ut ut enim in labio sancto sit *רֹזָה*, quod lilium vertunt;
Rosam tamen lilii vice; aut ob floris præstantiam, aut S. Linguae
ignorantiam consecrare Papæ placuit. Quod verò aliquot Sal-
morum inscriptiones attinet, ut XLV. & LXIX. *רֹזָה*
quas Lutherus *von den Rosen* reddit, illas non Psalmi argu-
mentum; hoc est Messiam sed Musicum potius instrumentum
denotare, Coccejus ex Rabbinis juxta ac Christianis probat.
Neq; ex Mich. IV. v. 8. ubi Germanica versio habet: *es wird
deine*

209

Deine gülden Rose kommen/probari potest; Messiam Rosam salutari, cum Ebraeus textus de hac ne apicem habeat. Solum igitur locum Cantici primam ansam Autori dedisse credo.

7. Accedit nostræ sententiæ de consecrationis fine temporis ratio: scilicet Annunciationis Mariæ Festum, quod olim & nunc Ecclesia circa Dom. Lætare celebravit. Quamvis enim in Hispania & alibi terrarum, quandoq; in octavum diem ante Natalem Domini fuerit rejectum, cum Festa agere publici iustis tempore, vel in Quadragesima non videretur congruū. (undè in Laodiceno quoq; Concilio statutum reperimus, quod non oporteat in Quadragesima Martyrum Natalitia celebrare; sed eorum tantum in Sabbato & Dominica fieri debeat mentio, ut habet (vii.) Doctissimus Dn. Hildebrandus) Attamen post hæc tempora aut ipsâ Dominicâ Lætare, aut diebus proximè sequētib; fuit celebratum. Quare, ut hujus Mysticæ Rosæ (Salvatoris scil. Conceptionis, visibile signum ederet Papa; adeoq; magis populi sensibus inprimeret Incarnationis Mysterium, Auream hanc Rosam consecravit. Aureus verò iste flos est, Durandus inquit, quia (Christus) Rex Regū & Dominus dominantium: cuius rubor apparuit in insigniis passionis & odor in gloria Resurrectionis. Huic fini postmodum Papalis Cathedræ successores alium adjunxerunt.

Laodic. Cōc. c. Ll.

vii. Enchirid. de sac. Publ. & Dieb. Fest. c. 3.

8. Atq; cum aliàs ex Philosophorum scitō, unius rei plures fines esse possunt, tum ex hoc ritu id maximè patet. Primus scopus tenus hac prolixè fuit diductus, alter nunc declarandus restat.

9. Absolutō enim hoc ceremoniarum cumulō, Papa Magnum Principem, si præsens est, ad pedes suos vocat, & genua flectenti his verbis dat. Accipe Rosam de manibus nostris, qui licet immeriti locum Domini in terris teneamus, per quam designatur gaudium utriusq; Jerusalem trium fantis scil. & militantis Ecclesiæ, per quam omnibus Christi fidelibus demonstratur Flos speciosissimus, qui est gaudium & corona omnium sanctorum: suscipe hanc Dilectissime Fili, qui secundum seculum Nobilis potens ac multa virtute præditus es, ut amplius omni virtute in Christo Domino nobiliteris, tanquam Rosa plā-

Vid. Cerem. Rom. cit.

©

ta-



tata super rivos aquarum multarum, quam gratiam ex superabundanti clementia Tibi concedere velit, qui est Unus & Trinus in seculorum secula Amen!

C. nfer. Du-
ranti Rati-
on. L. c.

10. Interdum in Capella Missali hæc donationis solemnitas peragitur: Ubi is, qui Rosam accepit, manus & pedes Pontificis osculari & prolixas gratias agere tenetur. Postea manu Rosam gestans domum usque suam ad Collegio Cardinalium, medius inter duos antiquiores Diaconos, post Cardinales deducitur. Magna ipsum caterva peditum & Romæ curiæ cursorum cum suis baculis, (qui illo die donaria ab hoc, qui Rosam donatus accipiunt) comitatur. Ut ita vel ex tali hominum comitatu, & tacita quasi gratulatione, hoc Pontificis Romani insigne, magni æstimare, perdiscere populus debeat. Sin autem in Romanam Curiam, hoc tempore nullus Princeps tantò munere dignus, præstò sit; alii Principi Grandi & Potenti, qui Ecclesia Romanæ commodare potest mittitur. Hoc enim maximè tali munere intendit. Fragilitatem splendoris Regii, ut quidam loquitur, Papam velle hoc donò in memoriam revocare ei, cui dono dat, non videtur probabile. Quis enim Princeps id benignò animo esset laturus, si hic Episcopus ipsos splendoris sui fragilitatis admonere vellet? præsertim potentiores quibus Papa nocere nequit, leves gratias pro hoc donò acturi fuissent. Imò historiæ, quæ clarius hunc ritum explanarunt, de hoc fine planè silent. Ad alium finem Papam collimasse ex Historiis probabo.

zzz. Ad.
Ann. CHR.
M.C.LXXX.
fol. cit.

II. Comemorat (zzz.) Henricus Spödanus de Alexandro III, quod Venetiis, ubi tum temporis pacem cum FRIDERICO I. Imperatore initurus erat, Dominica Latere in Ecclesia B. Marci Missam solemniter celebraverit & Auream Rosam ex antiqua consuetudine ad Altare ferens, consecraverit, eamque post impleta Mysteria Duci Venetiarum insignum Gratia Sedis Apostolicæ contulerit. Cujus causam idem Romanus Presbyter mox aperit: scilicet Ducem & Populum Venetum eò hoc munere Papam redegisse, ut juraverint, quod priusquam Pax firmiter cum Imperatore esset stabilita, haut absque consensu Pontificis permittere vellent, Imperatorem civitatem intrare. Quod

urb.

Quod & factum esse, præter hunc Paoletus refert. Hic ho-
nos, inquit [000.]. C. Bulinger, nõ nisi Principib9 de Catholica
fide benè meritis à Pontifice habetur. Antè enim narraverat
Gregorium XIII. Olivarium Seraphinum ad Henricum Polo-
niæ Regem missum Pontificis A. Rosam dono obtulisse. Idem
vult Durandus: Deindè [post consecrationem scil.] dotat no-
biliori & potentiori, qui tunc in curia reperitur, in quò nobi-
litas & excellentia illi9 peculiaris populo Domini designatur.

Paoletus L.C.
000. Buling.
Hist. l. IV. fol.
151. cit.

12. Memorabilior est historia, quam de R. Pontifice
Leone X. FRIDERICO Saxonix Ducis, g. m. talem transmit-
tente (πππ.) Jo. Sleidanus consignavit. Epistola, quæ hanc ob
causam ad Degenhardum Pfeffingerum FRIDERICI Sa-
xonix Ducis, Consiliarium, qui Rosam Principi offerre de-
bebat, destinata est, in Megalandri (ppp.) Lutheri Tomo omniù
primo Latinò legitur. Labet partem ejus hoc adscribere :

πππ. Com-
mentar. l. 1.
p. m. 15.
ppp.
Luth. Tom. 1.
Latin. opp.
fol. 208. seq.

Dilecte Fili, salutem & Apostolicam benedictionem.
Quanto affectu, paternoq; amore sacratissimam Auream Ro-
sam, quotannis à Romanis Pontificibus quarta Dominica sa-
cratissimæ Quadragesimæ consecrari magno mysterio, & ali-
cui ex prioribus Christianorum Règi vel Principi dicari &
mitti solitam, hoc annò dilecto filio nobili viro Friderico Du-
ci Saxonix, utpotè suorum clarissimorum Progenitorum mo-
re de nobis & sancta Apostolica sede bene merito atq; post-
hac magis mereri dicaverimus, ex dilecto filio Carolo Miltiz
Nuncio cubiculario secreto de familiari nostro, & quædã quæ
nos, sedis prædictæ dignitatem auctoritatemq; respiciuntur
devotio tua plenius intelliget. Hæc est prima pars Epistolæ.
Sequentur Pfeffingerù hortatur, ut qui maximè missæ Rosæ di-
gnitatem & causam penes Principem peroret, quò filii Satanæ
(ita nequam Papa, Lutherum, vocat) temeritatem compri-
mat, suamq; sedem constanter defendat: Perspiciebat enim
Papa quod purior Evangelii doctrina, Lutheri opera maxime
effulgescere inciperet, idcirco mature in herba suffocare eam
machinabatur. Sed spes hæc ipsù frustra habuit. Nã Carol9 de
Miltiz Nobilis Misnensis, munerisq; hujus oblato, nec literis,
nec verbis ex votò rem curare potuit. Colligi id potest ex
summa responsionis Miltizio data, & eodem Lutheri Tomo
consignata. Dn. D. Backius supra cit. loco ex Sleidano [quod

Lutherg L.C.
fol. 210.

ibi



247
1634
ibi quæras ego non inveni hanc A. Rosam fuisse à Serenissi-
mo Principe Papæ remissam, qui deinceps Angliæ Regi do-
nasset. Nos exindè videmus, ut Væ Jovis illius Vaticani exso-
mnes quandoq; doli fallantur. Et tantum de A. Rosa! si non
ubiq; Rosas diximus: Boni aliquid materiæ raritati, juxta ac
mei ingenii sterilitati dabunt: Soli CHRISTO, qui Ro-
seo suo sanguine nos redemit, sit GLORIA!

Hujus A. Rosæ capillamenta.

Orator non habet sophisticos Elenchos.

Ambiguitatem vocis, & unius vocis multiplicem significationem Sal-
mero Prolegom. 8. in Evang. ineptè distinguit.

Voluntas non potest amare malum formaliter.

A Deo non fit ens rationis.

Ἐὐνελαι ἐκ τῆς μνήμης ἐμπροσθέν τοῦ ἀνθρώπου: Rectè Arist. l. 1.
Met. c. 1. p. m. 1224.

Non insulsa est ratio, quam de imperfectis hominibus, qui plerumq; alio-
rum irrisores sunt, dat. Carthesius de Pass. Anim. Art. 179. p. 99.
quod nimirum cæteros omnes in pari gradu videre cupiant.

Canonicus irregularis est σιδηρόξυλον.

Rosam Heroibus non esse indignum insigne, probant tot exempla Achillis,
Hæctoris, Aneæ, Scipionum, Arminii, (cujus statua Rosam contine-
bat:) Angliæ Regum, Marchionum Brandeburgensium, Schleinicio-
rum præclara Familia, Nostriq; B. Lutberi insigne Rosâ cum cruce &
corde ornatum, de quo Epigramma Jo. Majoris notum.

Eleganter Rosam virtutis imaginem facit Boissardus.

Hæc sub Rosa: Proverbium quod fabulæ ortum debet.

Quod Regi Galliæ Ministrissimus, id Turcico Imperatori Primo Vesirg.

Quidam Syllogismus, absq; dicto de omni, benè concludit.

Ad Eximium Dominum PRÆSIDEM,

NOs disputare dum paramus cæteri,
Hoc auspiciari fermè amamus rem modo,
Deo iuvante, sive, quod vertat. benè.

Tu dum magistris Auream subfelliis

ROSAM propinas, incipis: Præfiscinè.

Aut nostra fastidis, ADAME, aut hæc tua

Sic laude digna ducis, ut Venus rosam.

Nec hoc, nec illud, inquis: & Sceparnio,

Satis esse nequam dum probare se cupit,

(Præfiscinè ô Baal!) ait, Præfiscinè *

* Plant. Ru-
dente Act. 2.
Sc. V.

L. Fridericus Rappolt, Poës. Prof. Publ.

Q.K.
419,
II.

AU

RO

SO

INCLUT

M. AD

CHRIST

AI

ÆR

LIT

A.

OPH.

RG.

EL.

1666

II i
1638

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

